ad ſit]in eis partibus benedicere. Conceſſit hoc in perpetuum, Paulus.3. anno Domini 1540.vt patet in literis Apoſtolicis pag.43 Quod per Gregorium.13. extenſum eſt ad omnes ibi exiſtententes: vt patet ex verbo. Gratiarum communicatio,& extenſio. §.2.

¶ Aduerte quod hæc Conceſſio eſt perpetua,& ea gaudent etiam Fratres Mendicantes,vt dicit Pater Magiſter à Veracruce. Et Collector Compendij Societatis dicit, Prouinciales hac facultate vti poterunt, quo ad Altaria, & Calices Societatis : quo ad Pallas vero Corporalia, & Cæmeteria eiuſdem Societatis vti poterunt reliqui Superiores de Prouincialium licentia. Hęc tamen omnia, ſi ſint externorum, non benedicantur, niſi inſtante aliqua graui neceſſitate, aut alia cauſa magni momenti. Sed tu aduerte quid quid limitet Collector. q etiam pro externis & alienis vſibus, poſſunt Mendicantes prædicta benedicere.

7 ¶ Pius. 5. Romæ die. 22. Auguſti, anni Domini. 1571. Pontificatus ſui anno 6. ad inſtantiam Patris Ferdinandi de Paz Ordinis Prędicatorum Procuratoris Prouincię Sancti Iacobi in hac Noua Hiſ-

pania